



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1400. usque ad annum 1415 - Unacum Dissertatione  
Præliminari Ad Historiam Sæculi XV.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 90118286**

§. 32. Innocentii epistolæ ad Principes & suæ obedientiæ Prælatos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66281](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66281)

Sæcul. XV.  
A. C. 1404.

§. XXXII.

*Innocentii Epistolæ ad Principes, &  
suae obedientiæ Prælatos.*

**I**nterea temporis Innocentius ut totam Europam de traditis sibi universæ Ecclesiæ gubernaculis certiolem faceret, encyclicas expedit literas ad omnes Archiepiscopos, atque obedientiæ suæ Præfules, necnon ad suarum Provinciarum Clericos, hortans eos, ut vel Romam venire, vel saltem idoneos Viros ad Concilium Generale prima Novembris die anno sequenti celebrandum mittere, & ad extirpandum schisma omnia sua studia convertere velint. Epistola hæc vigesima septima Decembris ejusdem anni millesimi quadringentesimi quarti data legitur. Eadem quoque vota sua exponebat Regibus, & Principibus obedientiæ suæ addictis, quinimo nequidem Benedicto Pontifici epistolam scribere intermisit, in qua ardentissimum suum recuperandæ pacis desiderium palam fecit.

§. XXXIII.

*Ducis Burgundiæ obitus.*

**E**odem hoc anno millesimo quadringentesimo quarto die vigesima septima Aprilis